UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita R. P. Iosephi Anchietae Societatis Iesv Sacerdotis In Brasilia defuncti

Berettari, Sebastiano

Coloniae Agrippinae, 1617

Admodum R. in Christo Patri, P. Mvtio Vitellesco, Praeposito Generali Societatis Iesv, Horativs Cardon Lvg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42044

Visual Library

Admodum R. in Chriſto Patri,

P. MVTIO VITELLESCO, PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV,

HORATIVS CARDON LVG.

HVnc codicem ab homine tuæ Societatis, deque eiuſdem corporis viri opinione ſanctitatis magni rebus præclarè geſtis cùm elaboratum eſſe cognoſcerem, non tamen veritus ſum tot nominibus iam tuum, eumdem Lugduno Romam tibi muneris ſpecie delegare. Integer, fateor, & membris omnibus abſolutus abs te in meas venit manus; ſed nudus, & viatoris in morem cute nonnihil decolorata venit. Nunc poſteaquam pulverem ipſius ex ore deterſimus, ac natiuum colorem ex arte suppleuimus, eumdem quidem re ipſa, & tuum tibi ſiſtimus: ſed alium quoque, ac noſtrum, quà expolitionis quidpiam per nos ipſi adiectum eſt, tibi fidenter inſcribimus. Grata quidem per ſe futura erat Societatis hominibus, ac externis libelli huius lectio: ſed tanto accidet iucundior, cùm ex tui nominis inſcriptione tacita incidet legentium oculis, animiſque prædicatio argumenti, atque lectionis.

Vale.

VITAE